

NICOLIZA STYRIVS MILES.



**N**icoliza in Styria Germaniæ prouincia natus & educatus fuit. Is cum robusto corpore & magna prudentia esset præditus, ad Ferdinandi regis curiam peruenit, atq; res sibi commissas singulare dexteritate expedivit. In primis uero bellorū studia dilexit, atq; sese passim strenuum ducem exhibuit. Vnde cum Turca Viennam obsideret 1529, inter præsidiarios fuit, et magnum fortitudinis nomē impetrauit. Postea Ferdinandus Nicolizam legatum ad Solimannum misit, atq; res maximas expeditre iussit. Cum Constantinopoli esset, magnam familiaritatatem cum Abraimo Basso inijt, atq; ei charissimus fuit. Accidit autem postea 1532, cum Solymannus innumerabili exercitu in Vngariam proficeret, ut Nicolizæ Guntzij oppidi Styriæ custodia fuerit demandata. Id ipse subito communiuit, atq; præsidio octingentorum militum ex finitimis collecto, ibidem Turcæ resistere statuit. Aderat Turca quingentis millibus equitum & peditum, atq; Gun-